

neque me laborum, nec eam poeniteret ope-  
rum meorum: insuper honestissime functus  
amplissimis honoribus idixeram ocium mihi  
a publicis muneribus in reliquum tempus  
vitae meae, nisi rei publicae necessitas a me praes-  
sidium in suis periculis efflagitaret: quippe  
nec ipse plura exoptabam, nec amplius quic-  
quam optanti praestari poterat. Interim ala-  
ti sunt Mithridatici belli tumultus: eam pro-  
uinciam senatus absenti mihi decreuit quam  
Sulpitius tribunus plebis rescisso senatus con-  
sulto (nescio quidem a maleuolis incitatus, an  
inuidia nobilitatis) in C. Marium noua roga-  
tione transferre conatus est. Cui pesti nisi  
me fortiter opposuissem (de me taceo) fuisset  
autem senatus auctoritas non debilitata mo-  
do, sed radicitus euersa: curia deinceps a ne-  
mine bono frequentaretur, quando abolito  
iure senatus omnia libidine tribunicia decern-  
erentur: tuas quoque gallias Caesar, vnde  
non mediocrem virtutis famam reportasti,  
aliquis tibi Mysorum postremus vel fullo  
vel sutor eripuisset. Quid? inuiderem C.  
Mario, quem nunquam mihi parem existi-  
mauerim? CæS. Multos gesserat continuos  
consulatus, SyLLA, Leuitas populi fuit qui